


# BVLLA

Ultima Cōuocationis & inuitationis Cardinalium  
absentium & Prelatorꝝ Gallice nationis / ad celebra-  
tionem Concilii Lateranenſis. Cum declaratione nulli-  
tatis Gestorꝝ per Conciliabulum Pisanum / Per. S.  
D. N. Iulium. I I. Pont. Max. edita.



# BVLLA

Ultima Cōuocationis & inuitationis Cardinalium  
absentium & Prelatorꝝ Gallice nationis / ad celebra-  
tionem Concilii Lateranenſis. Cum declaratione nulli-  
tatis Gestoꝝ per Conciliabulum Pisanum / Per. S.  
D. N. Iulium. I I. Pont. Max. edita.



**I**VLIVS Epus seruus seruoz dei. Ad futuram rei memo-  
riam. Saluator dñs noster Iesus Christus vnigenitus dei  
filius semper in sinu patris/vt humanū genus quod p̄uari-  
catiōe primi parentis perierat saluaret/& ad sublimia felicitatis  
eterne adduceret/mortalitatis carnem assumere nō recusa-  
uit: impassibilis / factus passibilis pro ipsius humani generis  
saluatione/cuius sic redempti & a potestate diaboli liberati cu-  
ram/beato Petro celestis regni clauigero Apostolorz princi-  
pi/eo successoribus suis cōmisit/omnem potestatem & prin-  
cipatū sup omnes tribuendo/eumq; caput vniuersalis Ecclie  
constituit / vt populum christianū sic redemptū a conatibus  
peruersoz p̄seruaret/& lupoz rabie defenderet / & errantes  
oues ac diabolica fraude & Scismaticoz astutia deceptas/bo-  
ni pastoris exēplo ad ouile dñicū reduceret/ & dicte ecclesie  
vnitatem seruaret. Vnde nos eiusdē beati Petri meritis licet  
insufficientibus/successores diuina disponente clementia ef-  
fecti / ad p̄seruandū populum christianū nobis cōmissum &  
statū vniuersalis ecclesie ad augendum & reformandū ac ad  
deliberandum de expeditione contra fidei orthodoxe p̄fidos  
hostes sumēdā per Christianos Principes & populos/ac etiā  
ad nōnulloz olim sancte Ro. ecclie Cardinaliū/ qui ī ecclia  
dei tanq̄ in firmamento celi stelle lucētes & ab ipsa ecclia sub-  
limati fulgebant/superbie typo & odii rancore in nos a qui-  
bus honorati fuerant & multa bona receperāt in angelos Sas-  
thane īmutati/scismatum fomenta & Cōuenticula illicita/seu  
potius Cōciliabula congregare & cōuocare satagebant/am-  
bitionem & malitiam extinguendū/habita sup huius cū vene-  
rabilibus fratribus nostris sancte Ro. ecclesie Card. delibera-  
tiōe matura Cōciliū Lateranē die Lune decimanona p̄ntis  
mensis Aprilis que erit feria secunda post octauam Resurre-  
ctionis eiusdē dñi nostri Iesu xp̄i anno proxime elapso indi-  
ximus celebrandū/& vt sequit̄ auctore dño finiendū/hmōiq;  
Concilio generalis celebrationem per nostras patentes lras  
in eccle. Lateranē & aliis pluribus publicis locis Curie Ro.

publicari mandauimus & fecimus: Ac etiā carissimis in xpo  
filiis nostris Maximiliano in Ro. Imperatorē electo/ & aliis  
Regibus & Principibus xp̄ianis/per alias nostras lras ac etiā  
nuncios nostros ad hoc specialiter deputatos/significauimus  
requisiuimusq; Venerabiles fratres nostros Patriarchas Ar-  
chiepos Ep̄os & dilectos filios monasterioz Abbates & Pre-  
latos/ac alios qui Conciliis interesse tenentur & cōsueuerūt/  
vt statuto tempore p̄dicto / ad p̄fatum Conciliū celebrandū  
accederent. Et volentes p̄fati saluatoris dñi nostri Iesu xp̄i ve-  
litigia sequi/qui a summis celoz ad ima descēdit/p̄fatos olim  
Card. alias S. R. E. dilectos filios qui ab ea alienati sunt &  
claudicauerunt a semitis suis in quibus incedere debeant/ be-  
nigne & ex intimis cordis nostri caritatis & dilectionis affe-  
ctibus requisiuimus & per viscera misericordie dei nostri ro-  
gauimus & hortati fuimus / vt ad vnitatem sancte matris ec-  
clesie a qua declinarunt/dulcia eius vbera sugentes redirent/  
quia inuenirent nos omnem iniuriā eis si redirent remisisse/  
ac eos in visceribus nostre dilectionis recepisse/ sed ipsi tanq̄  
Aspides surde/vt nō audiant vocem incantantis / aures suas  
claudentes & in ecclia dei venena diffundentes/rā apud Prin-  
cipes seculares/maxime eos quos ip̄oz scismaticoz dānate  
intentioni adherere sperarent vel scirent/ quam etiam apud  
populos/quibusdā vanissimis & falsissimis p̄suasionibus in-  
dictionem Concilii ad eos pertinere asserentes / multa scan-  
dala in ecclia dei seminarunt & seminare nō cessant indies/  
seipos & christifideles decipientes/ imo minis & terroribus  
ac violentia ip̄oz Principum/ multas tam ecclesiasticas p̄so-  
nas etiā p̄lationis honore insignitas/ac seculares ad eoz dā-  
nate ambitionis cecitatem sequendam & confouendam /  
etiam inuitos cōuenire/ac xp̄ifideles cogere p̄sumperunt &  
p̄sumunt. Quis vnq̄ vidit Synodū generalem ratam haberi  
que summi & indubitati Ro. Pont. nō fuerit auctoritate suf-  
fulta? Quis vnq̄ legit/generale Conciliū legitime congre-  
gatum vel indictum dici vel haberi & vim generalis Cōcilio

& auctoritatem sibi vindicare eam Cōuenticu lam vel cōgre-  
gationē que facta est a tribus vel quattuor olim Card. rebelli-  
bus & contumacibus & ab obedientia Ro. Pont. se subtrahē-  
tibus/ & ad inuicem erectis superbie cornibus cōtra dñm suū  
indubitātū Pont. ab eis canonice electū vna cū aliis & p̄ ānos  
octo vel vltra pro vero & indubitato Pont. ab vniuerso orbe  
etiā ab eisdē habitū & veneratū conspirantibus & malignan-  
tibus sine causa/ nulla natione xp̄ianorū eis assente nisi aliis  
quibus Prelatis Gallice nationis & illis coactis & inuitis/ mi-  
nis & terroribus & metu q̄ in quēlibet cōstantē virū caderēt/  
laicali. s. potestate & regia noīe vt dicit/ Carissimi in xp̄o filiū  
nostri Ludouici Francorū regis xp̄ianissimi/ ob apostolice se-  
dis defensionē & Ro. eccl. Ciuitatū & terrarū ab eo iniuste oc-  
cupatarū repetitionē & subditorū nostrorū p̄ eū iniuste & in-  
debite sumptā p̄tectionē/ nobiscū cōtra p̄genitorū suorū cla-  
re memorie regū Francie cōsuetudinē & obseruantia & xp̄ia-  
ni Regis officiū capitalibus odiis dissidentis/ & nos p̄sequē-  
tis/ & eorū malignis ausibus & conatibus vt nobis nocere  
possint fomenta prestantis/ vt vniuerso iā orbi & oībus xp̄ia-  
nis Principibus notissimū est/ quorū auxiliū & opē aduersus  
tam iniustā & inauditam ac indignā p̄secutionē & seuitiā im-  
plorare & expetere coacti sumus. Que etiā cōuenticula a falsi-  
tatis & mendaciis initiū sumpsit & ap̄lica auctoritate de  
venerabiliū fratrum nostrorū. S. R. E. Card. vnanimi cōsensu  
& cōsilio dānata & improbata extitit/ vt ī diuersis nostris lris  
desup cōfectis plenius cōtineat. Quis deniq̄ pditissimorū ho-  
minū & Scismaticorū pditam audaciam & temeritatē posset  
vnq̄ satis dānare & abominari vel equanimiter ferre/ decre-  
tis generalium Cōciliorū Constantienū & aliorū p̄cedentiū vt  
volentiū & inuentiū ac generalibus Cōciliis legitimis se cō-  
paratiū vel cōparare simulatiū ac penas & obediētie a nobis  
subtractionē/ si eorū Cōciliabulo nō assentiamus cōminatū:  
Istorū ergo Scismaticorū sp̄s sanctus caput nō est/ sed iuxta  
veritatē/ caput & pater eorū est diabolus/ inuentor mendaciū

& scismatū sator: Sacrilēgi ergo sunt & scismatici & rāq̄ loeu-  
ste sine capite & sine sensu/ conantes scindere tunicā dñi indi-  
uisibilem/ vnitatē videlicet. S. m̄ris ecclie indies nouas indi-  
ctiones & vocationes Cōciliū seu potius Cōciliabuli fingen-  
tes & facientes & penas cōminantes cōtra eis nō obsequētes  
in decretis p̄teritorū Cōciliorū cōtentas/ p̄inde ac si eorū Cō-  
ciliabulū nō cōuenticula Sathane & impiorū cōgregatio/ &  
iniustorū p̄t est/ sed legitimū ecomenicū Cōciliū esset &  
diceretur instabiles mente ac sp̄ū & corpe. Nam modo Pisis  
vnde cū ignominia eiecti sunt/ modo Mediolani sedē pestilē-  
tie collocantes/ & omni dei auxilio destituti/ a quo penitus se  
abiectos esse/ etiā eorū cōscientia stimulatē nō ignorāt/ Prin-  
cipes seculares tāq̄ deū Acharō / relicto deo Israel cōsulunt.  
Vnde cū nūc de statu Ecclie & de fide Catholica agat/ & vt  
p̄dictorū & aliorū oīm Scismatū tenebris/ de xp̄iani populi fi-  
nibus p̄fligatis/ lumē catholice veritatis/ xp̄o vera luce largiē-  
te refulgeat/ & bellogū rabiēs qua in multis p̄tibus mūdi xp̄ia-  
nus populus affligit/ congrua meditatiōe sedata/ pacis aucto-  
re prestante in statū pacificū & trāquillū reducat/ ac ab effu-  
sione xp̄iani sanguinis qui quottidie fundit tēperet/ vt postea  
p̄t semp intentionis nr̄e fuit / expeditio cōtra infideles fieri  
possit vniuersalis/ multaq̄ alia graua in ip̄o Cōcilio ad fidei  
catholice exaltationē sint discutienda & plures ex venerabili-  
bus fratribus nr̄is. S. R. E. Card. cōditionibus tēporū causan-  
tibus/ nūc a Ro. Cu. absentes existāt quorū cōsilio/ doctrina/  
& auctoritate multū p̄ficere posse speramus / si celebratione  
dicti Cōciliū Lateranenū & p̄missorū discussiōi p̄ntes fuerint.  
Nos sperantes ip̄os Card. absentes/ vt ip̄ius sc̄e matris ecclie  
veros & deuotos filios in tam re ardua requisitioni nr̄e nō re-  
sistere/ auctoritate ap̄lica eosdē Cardinales absentes & eorū  
quēlibet & alios Archiep̄os Ep̄os Abbates & Prelatos na-  
tionis Gallice p̄sertim eos qui p̄sonaliter vel p̄ p̄curatores in  
dicto Cōciliabulo interfuerūt/ & forte coacti metu q̄ ī cōstā-  
tes viros cadere potest/ ad p̄ns detinentē inuiti alios tñ nō pri-  
uat nec p̄ priuatis declarati p̄ viscera misericordie ip̄ius dñi

nostri Iesu xpi de cuius causa nunc agit & pro honore huius sancte sedis aplice p̄dicteq; vniuersalis ecclie catholice cōseruatiōe in virtute scē obedientie regimus/monemusq; & hortamur in dño/eisq; districte p̄cipiendo mandamus quatenus q̄to citius poterūt ad hm̄i sc̄tām & salubrem Cōciliū generalis Lateraneñ celebrationē accedāt/nec eos retineat si forsan cū p̄dictis Scismaticis cōuersationē hactenus seu cōfederatiōne quācūq; habuerint/aliquibusq; determinatiōibus & sanctionibus factis & decretis interfuerint/& forsan cōsensum p̄stiterint/cū melius & securius sit eis/nobis vero & indubitato Capiti dicte scē vniuersalis ecclie adherere qua p̄fatis Scismaticis tāq; locustis & sine capite assistere/ne & ip̄i eorūdem Scismaticorū falsis & fraudulētis simulatisq; sub hūilitatis specie supbia plenis suggestionibus circūuenti & seducti/cū eis in interitū plabant/& cū Sathan & Abyron in pfundū inferni terra viuos absorbeat/accipiāt portionē. Remittimus enī eisdē Card. & alijs Prelatis & cuilibet eorū sic monitis & requisitis/oēs iniurias quas nobis p̄pter hm̄i cōuersationē & tractatus quos cū dictis Scismaticis habuerūt ac censuras & penas si quas forsan p̄pterea incurrissent vel incurrisse censerēt si ad nos & ad dictū sacrosanctū Cōciliū Lateraneñ celebrandū venerint. Nos enī eis & cuilibet eorū liberū & securū saluū cōductū ī verbo Ro. Pont. & venerabiliū fratrum nostrorū S. R. E. Card. fide concedimus / & p̄ p̄ntes libere elargimur. Erigant ergo se ipsi Car. sic a nobis requisiti Prelatiq; ceteri & vexillū iusticie cōscientieq; puritatē p̄ferentes & sancte matris ecclie vnitātē zelātes/ad p̄fati veri & legitimi ac ecomenici Lateraneñ Cōciliū celebrationē q̄to citius poterūt festinent/relictā dānata synagoga & cōuenticulo Sathane vt deo auctore ip̄isq; Car. eorū consilio opa & sollicitudine fideq; & integritate ac domus dei zelo nobis assistētibus/ad extinctiōne p̄fatorū Scismaticorū & p̄uersorū q̄ tāq; vulpes vineā dñi. i. sanctā & vniuersalē matrē ecclie. suis venenosis moribus destruere nō cessant/p̄cedere valeamus/īp̄amq; ecclesiā sanctā

dei a tot perturbationibus qbus nūc vexat/tranquillā & q̄tam reddere/ecclesieq; reformationē vniuersalē facere & de expeditione cōtra infideles ineunda eis adhibitis deliberare/& extra bono ope cū ip̄is sic venientibus & adiuuātibus Car. & platis/felicitatis eterne p̄mia cōsequi mereamur. Et qm̄ deus omnīū cognitor secreta cordis n̄ri nouit & scit nos in sinceritate & veritate dei ambulare & aīaz singularē xpiani noīs p̄fessorū salutē expetere/exhortamur etiā oēs Principes xpianos & alios xpifideles/ne falsis indictionibus dictorū Scismaticorū de facto & cōtra canonicas sanctiones factis & editis seu etiā faciendis & edendis quolibet adhereāt vel intendāt/qm̄ cum ip̄i scismatici se ī ruinā positos videant & furis Sathane exagitati in cuius manibus positi sunt/& a quo pro eius libito voluntatis nulla Spūs sancti p̄tectione suffulti vexant/& locū quietis nō īueniunt/eiusdē Sathane exēplo qui vellet omnes secū in interitū adducere alios xpifideles in p̄ditionē trahere viis qbus possunt conant. Nos ex abūdantiōri cautela & pro xpifidelīū omnīū aīaz salute oēs indictiones Conuenticula seu potius Cōciliabulū dictorū Scismaticorū ac assertas citationes monitiones & decreta & absolutiōes sentētiās & acta & Legatorū creationes & obedientie subtractiones et assertas censuras put alias fecimus/tāq; a penitus priuatis et nulla prorsus auctoritate et facultate suffultis/nullas inuvalidas et inanes nulliusq; roboris vel momēti et cōtra oēs canonicas sanctiones/factas et editas fuisse et esse / ac eos qui ip̄orū falsis et mendacibus deceptionibus voluntarie adhererint/cum ip̄is maledictionis eterne p̄cipes fieri declaramus et p̄nunciamus/īp̄asq; dictiones et cōuocationes et cetera supradicta et omnia alia inde secuta vsq; in p̄ntem diem put temere et de facto processerunt/aplica auctoritate reuocamus cassamus et annullamus / ac cassa irrita et nulla esse de dictorū venerabiliū fratrum n̄rorū concilio decernimus/ac volumus p̄ntes n̄ras lras valuis Basilice eiusdē Principis Ap̄lorū et p̄fate ecclie Lateraneñ. ac in acie Campi flore de vrbe p̄ vnū seu duos ex

cursoribus nris affigi & ibi vt legi ab oibus possint aliquadiu  
teneri vt earz noticia ad singulos puenire possit / & illos di-  
ctos Card. reqsitos ad q̄to citius poterunt veniendū ad alios  
quos ille cōcernūt a die habite noticie earz ligare p̄inde ac si  
eis p̄sonaliter & p̄ntialiter intimate fuissent. Nulli ergo oīno  
hominū liceat hanc paginā nre reqsitionis/monitionis/hora-  
tationis/mandati/remissionis/elargationis/cōcessionis/ex-  
hortationis/declarationis/p̄nunciationis/reuocationis/cassa-  
tionis/annulationis/decreti ac voluntatis infringere vel ei au-  
sute merario cōtraire. Si quis aut̄ hoc attēptare presumpserit  
indignationē oīpotentis dei ac beatorz Petri & Pauli Apo-  
stolorz eius se nouerit incurfurū. Datū Rome apud sanctum  
Petrum Anno incarnationis dñice. M. D. XII. Idibus Apri-  
lis. Pont. nostri Anno Nono.

Balthasar Tuerdus.

Ia. Questenberg.

A tergo aut̄ supradictarz lraz aplicarz infrascriptarz erant  
Anno a natiuitate dñi. M. D. XII. Indictione. xv. Die vero  
ii. mensis Maii. Pont. S. in xpo patris & dñi nri dñi Iulii diuis-  
na prouidentia Pap. II. Anno Nono p̄ntes retroscripte lre  
aplice prefati. S. D. N. Pa. put in eisdem continetur / fuerunt  
affixe & publicate in Basilicarz Principis aplogz de vrbe &  
sancti Ioannis Lateraneñ valuis seu portis / ac in valuis Can-  
cellarie aplice / & in acie Campi flore / & sic affixas p̄lungum  
temporis spaciū dimisimus (vt moris est) per nos Bartholo-  
meū de Nantua prefati. S. D. N. Pape Cursorem.  
Ita est Honof. Bal. Cursor.